

10

capite in ebore antiquo Musæi Victorii apud Gorium pag. V.  
Columb. Liv. Aug. : alato capite in alio antiquo ebore Mu-  
sæi Carpinei apud Bonar. *Medagl. ant.* pag. 1.: Genius Bac-  
chicus craterem, & phialam habet eod. Mus. Florent. Tom. I.  
Tab. LXXV.: Gem. 3. Genius Martialis arma pertractat, tro-  
phæa instruit, ad bellum se parat, Tab. LXXIV. Gem. 9.  
Tab. LXXV. Gem. 1. 4. 5. 7. Sed ne singulos Genios Deo-  
rum administratos persequar, Genii Sepulchrales amphoræ cine-  
rariz incident eod. Tom. I. Tab. LXXVII. Gem. 1. 3. 4.:  
Genius Theatri personam tragicam manu tenet Tab. XXXXIV.  
Gem. 7.: Genius Senatus togatus exhibetur in Nummis Divi  
Pii: Genius Exercitus Illyriciani signa militaria tenet in Num-  
mis Decii. Ex his facile colligitur, Genio Pisaurensis Colo-  
niæ uvas recte tribui potuisse.

Tamen, ut verum fatear, majus pondus habet illorum sen-  
tentia, qui memoratum Simulacrum, Bacchum referre existi-  
mant. Capilli quidem perbreves sunt; verum haud multo  
longiorem comam habet Bacchus barbatus cum Ariadnâ Pan-  
theræ inequitans in pulcherrimâ Gemmâ Mus. Flor. Tom. II.  
Tab. VI.; brevissimam, alterum Bacchi marmoreum Simulacrum,  
dextera manu cantharum tenens, sinistra cornu potiorum,  
cujus extremitas virile membrum exprimit, quod in ornatissi-  
mis Joannis Andreæ de Abatibus Oliveris Equis D. Stephan-  
i, Patruelis mei, Ædibus asseruatur. Nudum est signum,  
nullaque in parte opertum; ita & Bacchus plerunque exhi-  
betur; caussam ex Furnuto animadvertisit Bonarrotius in expli-  
catione Triumphi Bacchici post *Medagl. antich.* p. 440. Quid  
olim manu prætulerit incomptum est; at si pateram gescit,  
quemadmodum Gorius suspicatur, Baccho id etiam convenit;  
pateram enim auream gerébat Bacchus ille barbatulus, quem  
ex Pausania superius memoravimus. Verum quæstionem om-  
nem dirimere videtur marmorea Panthera (\*) in proximis  
Ædibus Petri Gozzei paullo ante Bacchi Statuam reperta. Au-  
diendus M. Antonius Gozzeus citato libro Historia Pisaurensis.  
*Non lungi dalle dette ruine del Tempio, e della Statua di Bacco*  
*scoperti dal Barignani, erano state pochi anni prima, cioè dell'*  
*anno 1512. ritrovate pur sotterra tra un grandissimo miscuglio*  
*di Ornamenti lateritii moltissime reliquie antiche di vastissimo*  
*edificio, mentre Pietro de' Gozze il vecchio, che portò la sua*  
fa-

(\*) Visitur hæc penes Raimundum Santinellum, Metule Comitem, Virum amicitia nibi pri-  
mum, mox Sanguine conjunctissimum.